Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



fol 17

est hoc depeli mortuum tuum. Quod
ut audiuit abraham appendit pecuniam
quam ephron postulauerat audientibus
filijs heth quadringentos siclos
argenti et probate monete publice
conpensatusque est ager quondam
ephronis in quo erat spelunca duplex
respiciens mambre tam ipse quam
spelunca et omnis arbores eius in cunctis
terminis patrum abrahe in possessionem
vendicabuntur filijs heth a cunctis
qui in urbem ingrediebantur illius
atque ita sepeliuit abraham sarram
vxorem suam in spelunca agri duplicis
que respiciebat mambre. hec est
hebron in terra chanaan. et confirmatus
est ager et antrum quod erat
in eo abrahe in possessionem monumenti
a filijs heth. capitulum xxiiii

Erat autem abraham senex dierum
que multorum et dominus cuncta
benedixerat ei. Dixitque ad seruum
seniorem domus suae qui preerat omni
bus que habebat pone manum tuam sub
femore meo ut adjurem te per dominum
deum celi et terre ut non accipias
vxorem filio meo de filiabus cha
naneorum in quorum habito sed
ad terram et ad cognationem meam p
ficiscar et inde accipias vxorem
filio meo ysaac. Respondit puer
si noluerit mulier venire mecum
in terram hanc. Num reducam filium
tuum ad locum de quo egressus es
Dixit abraham cauete ne quando
reducas filium meum illuc. Dominus
deus celi qui tulit me de domo
patris mei et de terra natiuitatis
mee qui locutus est michi et iurauit
dicens semini tuo dabo terram hanc
ipse mittet angelum suum coram te et
accipies inde vxorem filio meo. Si
autem noluerit mulier sequi te no
tenebor iuramento filium tuum me
ne reducas illuc. Posuit ergo puer
manum sub femore abraham domini
sui et iurauit illi super sermone hoc
Tulitque iam decem camelos de grege
domini sui et abiit cum omnibus bonis
eius portans secum. Profectusque perrexit
in mesopotamiam ad urbem nachor
Cumque sedisset camelos accumbere
extra oppidum iuxta puteum aquae ve
spere eo tempore quo solent mulieres
egredi ad hauriendam aquam. Dixit
Domine deus domini mei abraham occurre
hodie obsecro michi et fac misericordiam cum
domino meo abraham. Ecce ego sto iuxta
fontem aquae et filie habitatorum
huius ciuitatis egredientur ad haurien
dam aquam. igitur puella cui ego
dixero inclina hydriam tua ut bibam
et illa responderit bibe quin et
camelis tuis potum tribuam ipsa
est quam parasti seruo tuo ysaac
et per hoc intelligam quod fecerit
misericordiam cum domino meo. Nec du verba
mea se impleuerat. ecce rebecca egre
diebatur filia bathuel filij melche
vxoris nachor fratris abraham hydriam
in scapula puella decora
nimis virgo pulcherrima et in
cognita viro descenderat autem
ad fontem et impleuerat hydriam ac
reuertebatur. Cucurrit ei seruus et
ait paululum michi ad sorbendum
parue aque de hydria tua. Que re
spondit bibe domine mi. Celeriter de
posuit hydriam sua super ulnam
suam et dedit ei potum. Cumque ille bi
disset adiecit. Quin et camelis tuis
haurire aquam donec cuncti bibant
Festinanter hydria in canalibus recu
currit ad puteum ut haurire aquam
et hausit omnibus camelis dedit
Ille autem contemplabatur eam tacitus
scire volens utrum prosperum iter suum dominus
ei non. Postquam
ergo biberunt cameli protulit vir